

**A** Alii Bonifacium III. qui Sabiniano successit, volunt Antichristum: quia à Phoca, inquit, nomen œcumenici Episcopi accepit, sub annum 606. Verum errant, nam diu ante Bonifacium & Gregorium, S. Leo vocatur Episcopus universalis, in *Concil. Oecumen. Chalcedon. an. 1. 2. & 3.* Atque ita toties fuisset novus Antichristus, quoties successisset in locum demortui novus Pontifex, quo quid absurdius? Præterea cum notorium sit, Antichristum fore unum, Christo contrarium, fidelem persecutorem. Et tamen moderni Pontifices eandem in Ecclesia ceremonias, Sacramenta, facticia observant, retinent & communicant, quæ temporibus Apostolorum observata, & tradita in vincibilibus adversus Novantes adferunt testimoniis Scripturæ illius ævi. Ac consequenter, nihil eorum quæ Antichristo Scriptura accommodat, aut Pontifici, aut alteri qui vivit, aut ante hac vixerit, ulla ratione convenire potest.

*Novantes esse Antichristi veros Præcursores & Prodomos. Probatur tum ex ipsorum generali doctrina, qua dicunt omnes hereticos esse præcursores Antichristi: tum ex variis comparationibus.*

**B** Prima, Antichristus homines abducit à fide Christi. Id faciunt Novatores, dum Ecclesiam Christi non audiunt, sed magistros prurientes auribus: Ecclesiæ autem vox, est vox Christi dicentis, Qui vos audit, me audit. *Luc. 10.*

II. Antichristus tollit studia bonorum operum, vilemque licentiam aperit. Præstant idem hi, dum meritum & sanctitatem operum tollunt, & omnia, quantumcunque bona, justam opprobrii mercedem mereri docent. Deinde omnium scelerum fræna relaxant, dum dicunt, propter Christum nullum crimen ad poenam imputari, aut culpam.

III. Tollunt cum Antichristo iuge sacrificium, dum dicunt, in nova lege, quæ semper habuit altaria, nullum esse debere sacrificium.

IV. Antichristus tollit omnia à Christo instituta: nostri Novatores omnia sustulere Sacramenta præter duo, vel tria, omnes Ecclesiæ traditiones & institutiones sacras.

V. Antichristus mutabilis, & tradit Scripturas pro genio suo. Idem hi faciunt, dum omnes, quantumvis diffechi, Scripturam pro fundamento suorum errorum accipiunt, eam lancinant, privato spiritali trahunt: & dum quod volunt, credunt, quod nolunt, non credunt, sibi magis quam Euangelio credunt. Ait alibi *S. August.*

VI. Antichristus tollit mysterium Trinitatis, etique blasphemus. Sic Lutherus oderat vocem homouision *lib. cont. Latomum*, & vocem Trinitatis. Et Calvinus asserit, solum etiam ut Deum Patrem minorem. Deinde tanquam articulos fidei statuunt, Deum peccati auctorem: Liberum arbitrium esse figmentum in rebus: Deum maximam hominum partem prædestinasse ad exitum æternum: naturam divinam in Christo passam: Christum in cruce desperasse, & dubitasse de sua salute: omitto infinitas calumnias contra SS. Eucharistiam, sanctiones Patrum, & traditiones Apostolicas, fraudes, hypocritas, mendaciorum plaustra, &c.

VII. Persequuntur cum Antichristo Ecclesiam: testis est Francia, Anglia, Belgium, quorum rivi adhuc Martyrum sanguine exundant, & carceres Catholicorum custodia replentur.

VIII. Denique ad normam Antichristi, mendacia, mendaculæ patrare conati subinde fuerunt illi ipsi, sed infelices eventus, de quibus legatur *Hieron. Balsacus in vita Calvini.* Item in hoc opere, *Locus de Hereticis & Miraculis.*

Scriptores.

De Antichristo, *Aur. August. tomo 4. liber, quem Erasmus negat esse August.* Hippolytus. *Ioan. Damasc. lib. 4. Essem sermo.* D. Bernardus *Luxemburgus in catalog. heres. Ioan. Parisien. Pharetra. Lumen anime p. 2. c. 23. Vincent. Bell. 2. 2. 1. Manipulus florum Ioan. Hildesheim. Herman. Bobius. Henric. de Hassia. Anselmus. Rhod. Gualtheri hom. 4. Lat. & Germanice, apud Rheinerum in prophetia, cap. 64. Antichristi interitus. Marullus 6. 4.*

Sed his omnibus præferendus Robertus Bellarminus *Tom. Disputat. lib. 3. de Summo Pontifice, Leonardus Lessius tractat. peculiari. & Martinus Becanus in opusculis Controversiarum fidei Tom. 2. Vegas in Apocalypsim ac novissime. & præ aliis nervosissime Thomas Malvenda Ordinis Prædicator. edito integro volumine Romæ impresso, ann. 1604.*

Antipodes.

QUI NEGARINT ESSE.

Nullus esse nobis Antipodes, hoc est homines qui adversis ventis ingrediantur respectu nostri, asserit *Plin. lib. 2. c. 67. Græco, & ex Catholicis Nazianzenus, & August.* moti ex immensitate Oceani inter hunc & alium orbem interjecti, & impenetrabiles. Verum novum orbem ab hominibus incoli, experientia edocuit.

ANTIPODES ESSE.

Antipodes esse, navigationes ad novum orbem fidem faciunt, & colligunt nonnulli ex loco *Deuteron. c. 30. vers. 4.* ubi Moyses ad populum: Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde retrahet te Dominus: per cardines cæli, intelligunt externas regiones sub polis, qui autem sub uno Polo degunt, Antipodes sunt degenibus sub altero.

Antiquitas.

*Sive VETUSTAS. Απαρχα Græci, ita dicta ab Ante, ita ut syllaba (quasi) sit. & super Παρρωγός, prout pleræque alii sunt. Vario ab ævo deducit, sed satis contortè.*

EJUS CONSIDERATIO VARIA

UTPUTA

GENERIS SIVE GENTIS.

Soli Hebræi generis antiquitate populis omnibus præstant: nec tamen suam tribum cære potest: sed omnes inter se confusi stirpem agnoscunt, ramos ignorant. Gens verò Sacerdotum, quæ nobilitatis summum decus ab Aarone repetens, duobus annorum millibus ac trecentis floruerat, Gothicis ac Vandalicis eladibus creditur interitisse, non sine magno divine ultionis argumento. Neque sine admirabili providentia factum videmus, ut populus Hebræorum, qui omnium principum crudeliss. vim ac tyrannidem perculit, sui generis antiquitatem solus retineret. Præpositus Æthiopiæ rex ab illa gente repetit genus splendorem, sequæ ac suos gentiles Israelitas appellat, ut illud etiam magis mirum videri possit, quod ab illis regiones, quæ toto terrarum orbe usurpatione, velut à fonte fluxerunt. Cum igitur hunc populum in omnes terras sparsum videmus, quid de reliquis gentibus existimandum? *Ioan. Boënius Methodi hist. c. 9.*

Constat, Chaldaeos omnium populorum antiquiss. fuisse, non solum Moysis graviss. testimonio, sed etiam *Metasthenis, Herodoti, Ctesia, Xenophonis*, quibus assentiuntur juniores, *Diogenes, Laertius, Philo, Porphyrius, in epistola quadam ad Boëthium, Clemens Alexandrinus in Stromatis, Eusebius de Evangelica demonstratione, Theodoricus lib. 1. de Græcarum affectionum curatione. Rabbi Moses Maimonis filius lib. 3. c. 30. Perplexorum*, ac reliqui quoque interpretes Hebræorum: hi omnes humanitatem, literas, artes, omniumque magnarum scientiarum laudem Chaldaeis acceptam ferunt. Hinc Prometheum genere Chaldaeum, quod homines ab aegre inculcataque vita ad humaniorum impulsisset, rectosque siderum cursus, trajectoryes generat, dididisset, fixerunt, ferula Palladis factos ignes de celo detraxisset, & hominem è luto coagmentatum animam cælesti afflavit. *Idem.*

Ferunt, Æthiopes primos hominum omnium creatos esse: Cujus rei conjecturam ferunt, quod non aliunde homines in eam accesserint, sed in ipsa geniti, merito indigenæ omnium consensu appellentur. *Diod. lib. 31. c. 1.*

Tradunt, Egyptii, ab orbis initio primos homines apud se creatos, cum bonitate felicitateque solitum propter Nilum, qui & multa generat, & suapte natura, quæ genuit, facillimè nutrit. Nam & arundinum radices præbet, & loton, & Egyptiam fabam, & quem dicunt corseum, multa que præterea ad victum hominum exposita. Prima animantia apud se esse orta, ea turant conjectura, quod non etiam in Thebaidis agro certis temporibus multi ac magni generentur mures: quæ ex re plurimum fupent homines, cum videant quorundam anteriorum usque ad pectus & priores pedes turrium partem animatam moveri, posteriori nondum inchoata, sed informi. *Diod. lib. 1. c. 1.*

Athenienses seipos appellabant *aitriæ bonos*, id est indigenas, & aborigines.

Arcades,

**A** Arcades mortalium omnium antiquiss. seipos *apocryphus* dicebant, tanquam antiquiores ipsa luna. *Apol. lib. Argonauticom 4.*

*Adæus ei & opéra exuvians id bonos.*

Et Ovidius *lib. 2. Fastor.*

*Ante loquem genium terras habuisse feruntur*

*Arcades, & Linnægen prim illa fuit.*

Pharmaceutus autem Rex Ægypti hoc argumento deprehendit, Phrygiis omnium antiquiss. fuisse, quod pueri, qui nullam vocem hominis audierant, Beccum, h. e. panem sonarent. *Suidas* negat mirum videri debere, si capratum vocem imitari sunt, qui fuerant à capra nutriti. Nam id asserit *Herodotus lib. 2.* Hinc *Securis* & proverbio dicebatur stupidus ac delirus, syderatus, aut admodum senex. *Herod. lib. 2. Plammet.*

*Consule Tit. de Nobilitate.*

DOCTRINA.

Antiquitas Doctrina illustis est nota, per quam Christi Ecclesiæ à quavis Antichristi Synagoga fecerunt. Hinc enim & Catholica dicitur, & Apostolica, quod sit omnium temporum, & ab Apostolis fundata: quod nulli falsitati, aut hereticorum conventiculis posse accommodari, res clara est.

Siquidem in omni insigni mutatione Religionis, hæc semper possunt demonstrari. I. auctor. II. dogma novum, III. tempus quo cœpit. IV. progressus à parvis initiis: quæ omnia si considerentur in Ecclesiæ Catholica, & hereticorum conventibus, nullo negotio quis judicaverit, quod his illa, antiquitate longè præcellat. Atque de hoc argumento verius tractabitur *Tit. de Ecclesia. Tertull.* aliique veteres, semper hanc antiquitatem hereticis opponere solent. Ita ille *lib. de præscrip.* Qui estis vos? unde, & quando venistis? ubi tamdiu latuistis? Quippe omnium heretum auctor, & origo ostenditur. *Opus Milævit. an. contra Parmenianum.* Vestra, inquit, Cathædræ originem ostendite, qui vultis vobis sanctam Ecclesiam vendicare, *lib. 2. Ex August. lib. de cont. Epist. Fundam. cap. 4.* Antiquitatem inter notas Ecclesiæ ponit. Similiter loquuntur alii plures & Patrum.

VARIARUM PERIBUS

UTPUTA

Monumentorum, Nominis, Imaginum,

à qua Antiquarios dicimus.

Non parum ad vitæ humane alteras delicias, moresque & prudentiam, antiquitatis consideratio: eaque ex monumentis, nummis, imaginibus, inscriptionibus eruta. Quippe ex iis, majorem qui antè nos fuerunt, ingenium cognoscimus, & ad imitandum provocamus, quod supra nos excellentius illis natura & industria indultitæ fragilitatis etiam conditionis nostræ monerunt. Excelluerunt hoc studio antiquitatis nostra ætate, Abrahamus Ortelius Cosmographus insignis, & Dionysius Villartius Ecclesiæ Formæ Cancellarius, ita ut domum ipsorum, Roman aliquam dixisses, & exoticarum rerum locuples marium.

ANTIQUITATIS EMULATIO.

FALSA.

Ulyssipone, eodem anno, aut paulò post, quam Emmanuel Portugaliæ rex Indiam subegit, Henricus Cajadus Lusitanus, Angliæ Politicæ auditor, Latinis carminibus commentus est Sibyllam vaticinationem in columnis marmoreis tribus inciam, quæ per ambages significabat, Indos sub imperium & ditionem Lusitanorum esse venturos: eosque lapides data opera detrunctos, ut aliqua inessent antiquitatis vestigia, obtulit præcepit (conscio rege) in extremitate promontorii Artabri, prope Syntram oppidum. Ubi verò desolata marmora ex humore terreno vitium fecisse judicavit an. M. D. V. die Augusti nona, invitatis amicis in villam ei loco proximam. Cum accubissent omnes, ecce villicus nuntiat Henrico, mercenarius ejus operas, dum in fundo fossionibus incurberent, incidisse in lapides, indices magni cuiusdam thesauri eodem loco desolati. Accurrunt omnes, & columnas intuentur, in quibus incisa hujusmodi erant carmina:

*Sibyllæ vaticinium occidit decretum, Volentur saxa literis & ordine rectis, Cum videret Occidens Orientis opes, Ganges, Indus, Tagus erit mirabile visus, Merces commutabit suas uterque sibi.*

*Soli ætæ ac Luna decretum.*

Continuò ad regem rumor perferretur, qui commenti hujus consilius, mirabundum similis, optimatibus ostendit. Illi

describendum curant, & mercatorum Ulyssiponensium cura per univerfum orbem Christianum evulgant, cum præfatione etiam cuiusdam *Valentini Moravi.* Sic *Hermicus* antiquitatis simulatione univerlo orbi imposuit, seu potius stultos antiquitatis admiratores solerti astu reprehendit & illustr. *Caspar. Varverius in censura Beroff.*

*Agricultura. Consule Tit. proprium.*

*De Antiquitatis monumentis Indiciæ. Quere Tit. de Indiciis.*

Annus.

*Qua conceperint? Consule Tit. de Conceptu mulierum.*

*ANUS ut est pars corporis.*

*Ani affectus, concretio &c. Quare affectus corporis.*

*Ani extersio, lorio. Videatur Tit. de cultu corporis.*

ANI POENA A DEO

INFLECTA.

Um Azotii retinerent arcam Domini, quam Philistini acciperant, eamque intulissent in templum Dagon, aggravata est super eos manus Domini, & demolitus est illos, & percussit in secretiore parte natium, Azotum & fines ejus, à parvo usque ad magnam: & ascendebat ulularum univocum, minentes extales illorum, & ascendebat ulularum univocum, jusque civitatis in cœlum. Faciebant quoque singuli fedes pelliceas, quod aliis uti non possent præ doloris magnitudine. *lib. 2. Reg. cap. 6.*

ANORUM IMAGO,

ET DONARIA.

Videntes Philistini gravem illam afflictionem, cujus sit mentio præcedente, convocatis sacerdotibus, & senioribus ac divinis, resolverunt, Arcam Dei quam ceperant, remittere in locum suum. Quumve vacua non dimitterent, sed quod debebant pro peccato, offerrent, ut ea ratione curarentur à plaga sua; communi seniorum decreto jussi sunt pro numero vicinarum Philistinorum, facere quinque annos aureos, ad similitudinem anorum suorum, eosque Deo offerre, si forte, inquit, releveret manus suam à nobis, &c. *Ibid. cap. eodem ver. 45. seq.*

Itaque simulacra anorum suorum Deo offerunt, & opprobrium suum eo testimonio consignat, ac ea ratione Deum Hebræorum propitium sibi reddere satagunt, quem detorere Arcæ, & cum Idolo Dagon in idem templum illatione, offendisse se non dubitabant, & ex pæna tam atroci, certò augurabantur. Neque reprehendit Scriptura istiusmodi obsequii devotionem, quamvis partim profuturam, nempe sine fide per charitatem formatam, sine qua Deo placere est impossibile; tamen non habent Novantes nostri, quod Catholicos reprehendant superstitionis, dum offerunt & suspendunt Deo votiva membra, ex auro, argento, cera, vel imaginibus animalium &c. ad advertendum malum aliquod, aut morbum illis illatum. Meminit hujus ritus, & tanquam Catholicis usitatum laudat *Theodoritus lib. 8. ad Græcos.*

Apathia.

DEFINITIO & USURPATIO.

ΑΠΑΘΕΙΑ vocabant Stoici, stabilem quandam mentis quietem, quæ nullo metu, cupiditate, ira, unquam moveatur, quam in hac vita adipisci impossibile esse ait *S. Hieronymus ad Crespionem*: qui enim sic esset, aut Angelus esset, inquit, aut Iaxum.

Veteres verò Eremitæ, & Patres, qui in apathia omnem perfectionem collocabant, talem intelligunt, non quæ omnino passionem aliquam, aut motum concupiscentiæ non sentiat: sed quæ rarius & frigidius sentiat, eosque coercet per longam eorundem mortificationem.

Apella.

Pelle vocantur Judæi, quod pellem præputii habeant recisam, undè Poeta: *Credat Indus Apella: non Ego.*

Apis



Apis. Méliara.

Beftiola mellifica, ita dicta, quod invicem volando coherere ant. Apo enim verbum antiquum id significat. Servius à pedibus dictam contendit, quod invicem se illis teneant.

Apud Zyngantes, Africa populus, magnam vim mellis apes conficiunt: sed multo plus Opifices viri facere dicuntur. Herod. lib. 4.

In Aegypto loca quaedam sunt, ubi fi defodiatur taurus, ita ut cornua dumtaxat supra terram emineant, eaque deinde ferta amputentur, ferunt apes evolare: putredine enim taurum in istud animalculum mutari. Antigonius in Mirab. nat.

Hymertus Attica mons pastiones habet apibus omnium apulissimas, quæque solis cedunt Halizonum pascuis. Apud Halizones certè adeo manifestum sunt apes, ut cum hominibus unà pabulatum exeant, ac liberè vagentur, quippè quæ alvearibus nullis contineantur: passim verò opus faciunt, illudque ita concretum, ut mel à cera nequeas sejungere. Pansianas in Atticis & Strabo.

Attica terra Hymertio melle, Sicilia Hyblæo gloriatur: mox etiam Calydnia insula. Plin. l. 11. cap. 51.

Cyprus insula melle abundat optimo. Vide Tit. Latrones, pradomes.

Hofilia vicus alluitur Pado. Hujus inquilini pabulo circa deficiente imponunt navibus apum alveos, noctibusque quina millia passuum contrario amne naves subvehunt. Egressæ luce apes pastæque ad naves quotidie remeant mutant locos, donec pondere ipso pressis navibus pleni alvei intelligantur, revertisque eximantur mella; & in Hispania multis provehunt, simili de causa. Plin. lib. 21. cap. 12.

In Ponto sunt quædam apes alba, quæ bis in mense mella faciunt. Circa Thermoodontem autem fluvium duo genera aliarum, quæ in arboribus mellificant: aliarum, quæ sub terra, triplici certarum ordine uberrimi proveniunt. Plin. l. 11. cap. 18.

In Podolia regi Poloniæ subiecta, apes propter pascuorum ubertatem, odorem suavem, florem abundantem, ac saporem jucundum, maxima siccarum terrarum foveas favis melle plenis replent, ita ut immanes urli in tales foveas cadentes, ob nimium mel devoratum suffocentur. Olaus l. 22. c. 19. Septentrionalium Regionum.

Regiones Aquilonares uti in plurimis rebustam necessariis, quam etiam superfluis, in usum ceterarum nationum communicandis, abundant: ita & maximam mellis copiam habent, magnamque curam semper & ubique circa apes adhibent, ut pura custodia ferventur, & coalescant. At in extremo climate polari apes non sunt, ob vehementiam venti Circii, tum crabonum, vespærum ac locustarum innumeram multitudinem: contra quas bestiolas nequamquam sola apes se opponere valent. Olaus lib. 22. gentium Septentr.

APIARIA.

Apiaria, cubilia sunt five loca quibus apes confidunt, & alvearia eandem collocantur. Melitarium: Græcis Melicæon, alio nomine appellatur. Extruxit admodum opportunum Henricus Ranzovius in arce sua Bambergensi, & his verbis exornavit:

Quam speliæ apibus domus dicata est Ex magna ratione: nam propinqua Quondam examen apum resedit arce, Huc latas procul advolans per agros, Cum vix unaque iam parata staret, Quod fastum ratus omen esse, parvam Flanc illis dominus domum locavit. Et ne desiciant jube nepotes, Nec quisquam moveat loco precatur.

CURATORES

APUM APIARIA. Saturnum mellis inventorem esse, credit vetustas: ideoque in ejus sacrificiis sacerdotes ficulneis frondibus ornati, pascetas missabant. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 22. Ovidius inventum Baccho tribuit lib. 3. Fastorum. Liba Deo sunt, succis quia dulcibus idem Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt.

Cum Cyrene apud Peneum patrem educeretur, Apollo ejus forma captus, captam virginem in Lybiam detulit ad ea loca, in quibus postmodum urbs condita est ab ejus nomine Cyrene. Ex ea filium suscepit Euristhemum, quem infan-

tem tradidit Nymphis nutriendum: à quibus triplici nomine est appellatus, Nomiis, Aristæus, Argæus. Ab his Nymphis cum lac coagulare, mel atque oleum conficere didicisset, primæ in usum hominum tradidit. Diad. Sic. Plin. & Ins. l. 13. Aristæus primus apum ex publicis visceribus reparandarum rationem invenisse traditur. Nam cum Eurydice Orphei uxori, amore ejus captus, vim inferre conaretur, illa per avia fugiens, morsu serpentis est occisa, in cuius ultimo Nympha apes omnes perdidit. Quapropter matris auxilium imploravit, quæ illum ad Protea consulendum perduxit: à quo infortunii causam edoctus, & Eurydicem sacrificiis placare justus est. Quod cum faceret, Eurydicem quatuor, & totidem juvenecas immolaret, ingens apum multitudo è bobus erupit, atque hoc pacto suas recuperavit apes, ut copiose tradit Virgilius sub finem lib. 4. Georgicæ & Herodotus in Polit.

Insum lib. 44. usum mellis colligendi Gargori regi Curetum attribuit, qui in Hispania salus Carrethorum incoluit. Sed hic, ut opinor, tantum in Hispania primus fortasse hujus rei auctor fuit. Verum hæc Hebræis potius assignaverim, illi siquidem, teste Josepho, & mortalium omnium primi pastores fuerunt, & apud eos multo ante Aristæum mellis usus fuerat. Polydorus.

Apum amore captos narrat, Aristomachum Solensem lxx. annis nihil aliud egisse; Philiscum verò Thasim in desertis exemplum colentem, Agrium cognominatum: qui ambo scripsere de his. Plin. lib. 11. cap. 9.

Vejanii fratres ex Falicis, comiliones Vatronis in Hispania, cum à patre parvam villam, & agellum non majorem jugero uno relictum haberent, circum villam totam alvearium fecerunt, & hortum habuerunt, reliquum tymo & cythilo & apiastrum opplevunt: soliti quoque annis dena millia sestertia ex melle recipere. Varro lib. 3. de Rustica.

AB APIBUS SERVATI.

Quære Vita conservatio.

AB APIBUS OCCISI.

Quære necati à bestiis Loco de MORTE.

Apologus.

Consulatur Locus de Fabulis earumque usu.

Apoplexia.

Consule Tit. de Affectu Corporis. Item de Morte, considerat a respectu partium essentialium. S. de paralyssi, apoplexia, &c.

Apostasia.

IN GENERE.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Vox Apostasia Græca est, & Latine idem quod defectio. Usurpatur autem à Theologis & Canonistis, non pro quacunque defectioe, sed ea qua quis à Deo deficit.

DIVISIO.

Et quia homo triplici ratione Deo conjungi potest, per se hunc, per professionem in approbata religione, & ordinem factum: dicitur esse triplex Apostasia, à fide, religione, & ordine. Colligitur ex Thom. 2. 2. q. 12. In Scripturis quoque dicitur apostatare, saltem secundum vulgarem editionem, qui recedit ab obedientia mandatorum Dei. Ita dicitur Ecclesiastici cap. 13. Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo. In Græco tamen legitur ab ipso deo, hominis deficientis. Ita Joan. Maldernus Episcopus Antverpiensis, in erudito suo Commentario de Fide, Spe, & charitate, q. 12. art. 1. & 2. Sect. 1. qui addit: quia odiosius esse nomen apostatarum, ideo hanc acceptionem non esse in usu.

Apostasiam specie differre ab heresi, disputatur apud Theologos; non differre, probabilis; nam hereticus omnis cum à Catholica veritate deficiat, etiam in uno illius articulo, apostata etiam censetur, dummodo ante Catholicam Religionem fuerit professus. Alioquin, ut iterum bene Maldernus supra sect. 2. non requiritur ad heresim, ut quis prius veram habuerit fidem, quam tamen reliquerit, à qua tamen committere Apostatam dicimus.

IN SPECIE.

CUJUS RELIGIONIS DESERTORES, LIBERÆ.

Cham Noe F. apostata à religione paterna. Sabellii. lib. 1. Enneadis 1.

Israelitæ, cum Moyse, qui jam xi. diebus in monte Sina cum Domino fuerat, aliquid sinistra accidit suspicarentur: nulla habita præcedentium Dei miraculorum ratione, Aaronem coegerunt, ut sibi prætoros Deos faceret. Exod. 32.

Mortuo Josue filio Num, Israelitæ fervierunt Baalam & Astaroth, ac reliquerunt Dominum Deum patrum suorum. Iudicium 2.

Achab Israelitarum Rex, Hieroboam sceleribus etiam superavit, & Baal templum Samariæ extruxit, persuasus à Jezabele uxore, Sidoniorum regis filia. 3. Reg. 16.

Achaz, Jocham F. Judæorum Rex, à paterna religione defecit, & filium etiam suum per ignem trajecit more gentium: deorsum Syrorum, ut is uteretur propitiis, adoravit. Cum à Razin Syrorum & Peka Israelitarum rege obderetur, Theglath Phulassar Assyriorum regis opem imploravit. Is Damascum cepit, & Razinem occidit. Achaz Damasci Assyrium convenit, & animadverti sibi ara, misit ejus exemplar Uriæ Pontifici, & ara ameam è templo Domini amoveri, ejusque loco Damascenam substitui jussit. Omnia ornamenta è templo sublulit, & tandem quoque templum clausit. 4. Reg. 16. & Joseph. lib. 9. Antiq. cap. 13. ex 2. Paral. 28.

Manasses, Jaddi Pontificis frater, invidens fratri sacerdotium, Macham Sinabalthi Samariæ præfecti filium duxit uxorem, & eoque potestate frater, futurum arbitrabatur, ut dignitatem vel invito fratre obtineret. Cæteram tantum abfuit, ut etiam à sacris fit populi consensu tanquam impius repulsi, quia alienigenam duxit uxorem. Ea Manasses injuria intrudatus ad sacerdotem profugerit, & apostata factus est. Sabellii. lib. 4. Ennead. 4.

Afinæus & Anilæus textores primò, post collecta manu pauperum juvenum cum satrapam Babylonis vicissent, ab Artabano Parthorum rege Babylonis præfecti, à patria Judæorum religione deficientes perierunt. Josephus lib. 18. c. 11. Antiqu.

Antiochus Antiochenus juvenis, à Judaismo deficiens, Judæorum cladis maximæ apud Antiochiam auctor fuit. Cum enim populus concionaretur in foro, progressus in medium, patrem suum & cæteros Judæos deserebat, quasi una nocte totam civitatem incendere statuisset, & velut hujus consilii participes quosdam hospites Judæos tradidit. Quibus auditis, populus statim eos, qui traditi erant, omnes in theatro concremavit. In reliquam verò multitudinem, ex instinctu ejusdem Antiochi, qui paganorum ritu sacrificare nollent, tanquam in manifestos infidiores, crudeliter sævierunt. Joseph. lib. 7. cap. 21. belli Ind.

Aquila Ponticus, sub Hadriano à vanitatibus astrologiæ ne Christianus quidem factus abstinit. Ab Ecclesia itaque proscriptus, profelytus factus est, & circumcisus, Hebræicæ linguæ operam dedit, & post lxxii. Interpretes Biblia in Græcam linguam tradidit: id maxime studens, ut omnia Prophetarum de Christo testimonia depravaret. Epiphanius in lib. de Mensuris & Ponderibus.

Demas Pauli coadjutor Romæ fuit: sed ad vomitum revertus est. 2. Timoth. 4.

Ammonius Alexandrinus, præceptor Origenis, fuit à puero Christianus. Post verò ad philosophiam se convertit, deserta fide orthodoxa. Ravinius.

Aurelianus, qui Galieno successit, anno ccl. xxiii. tantum abest, ut iniquis is aut inimicus Christianis fuerit, ut suam etiam postremæ & frequentissimæ contra Paulum Samosatensem synodo Antiochiæ auctoritatem interposuerit, & Samosatensem de Ecclesia cedere nolentem, exire compulerit: ut Eusebius narrat l. 2. cap. 30. Attamen cum natura barbarus & sanguinarius esset, ut Eusebius scripsit, ad eum nec à proprie fortoris filii cedere abstineret: alienum tandem à Christianis factus, persecutionem in eos movete proposuit. Eusebius, & Platina.

Ecebolius Constantinopolitanus sophista, cum Imperatorum se ingenuis ac commodare vebementer, Christianum esse se simulaverat: sub Juliano apostata vero truculentus gentilis apparuit, ac rursus post Julianum Christianus esse

voluit. Etenim ante portam oratorii se ipse pronum in terram projiciens, clamavit: Calcate me, salem insipidum. Ad hunc modum levis & mobilis Ecebolius & antè & post Julianum fuit. Socrates lib. hist. Eccl. cap. 13. & Svidas.

Julianus Imp. à Libanio rhetore ita infitutus est, ut prætermissa veritatis cognitione, puerilem animum ad antiquorum credulitatem flexerit: quamvis Constantius pater, hoc suspicatus, interdixisset, ne à Libanio erudiretur: prius ab Ecebolio Sophista, tunc Christiano, & Mardonio & Nicoele grammatico institutus. Ob id Apostata quasi prævaricator didus. Mercurium cunctis præposuit: & in vexillis publicis, abolito veteri Constantini crucis simulachro, Joquem pingebat, quasi de cælo sibi coronam & purpuram deferentem: Mercurium & Martem in se respicientes, veluti testes sapientiæ suæ ac fortitudinis. Præterea contra Christianos librum edidit, quem argutissime Cyrillus præsul Alexandrinus confutavit. Eutropius.

Valens Imp. ab ea sententia & constantia, quam sub Juliano Imp. cum fratre Valentiniano in confessione ostendebat, imperio suscepto defecit. Ac primùm quidem Arianus factus est, persuasione uxoris suæ, quæ Ariani dogmatis laqueis prior irretita fuerat. Huc accessit, quod ab Eudoxio Constantinopolitano Episcopo Ariano baptizatus fuerat: ejus religionis zelo deinceps semper duci existimatus est. Eudoxium enim, ajunt, jurejurando eum in baptismo adstrinxisse, ut defensionem Ariani dogmatis, & diversum sententium persecutionem sponderet. Theodor. l. 4. cap. 12. 13. & 14. Socrates l. 4. cap. 2. Postea Arianus, nec Christianus propemodum esse visus est.

Theophilus in Ciliciæ civitate quadam diaconus, diabolo se, remotus ab officio, dato chirographo mancipavit, promiseratque in se Christum abnegaturum esse. At recepta sua provincia diaboli artibus, paulò post & peccata agnovit, & coram Episcopo & tota Ecclesia penitentiam declaravit. Marcellus l. 2. cap. 1. & l. 4. cap. 10. ex Sigeberto & Simeone Metaphrasæ.

Imp. Heraclius, quando ab initio piæ ac religiosæ egit, feliciter de Persis triumphavit: at neglecta pietate Christiana, atropicinæ & præstigiis demonum addictus, Monothelitarum est errorum complexus. Fratri sui filium in matrimonium recepit, in locum defunctæ uxoris primæ, lata lege, ut idem omnibus liceret. Zonaras, P. Dia. l. 18.

Ulphilas, post Theophilum Gothorum Episcopus orthodoxus, magnam eorum partem convertit. Postea tamen cum Gothi ab Hunnis expulsi, ad Valerem Imp. pro fedibus impetrandis legationem misissent: Ulphilas cum cæteris missus Constantinopolim, illic Arianis communicavit: & postea ad suos revertus, totam eam gentem Ariana labe infecit. Socrates l. 4. cap. 33.

Constantinus Imp. cum Sirmii esset, & rogatu legatorum, quos Episcopi Occidentis miserant, Liberium Pontificem Berænsis ex oppido evocasset: præsentibus illis institit, ut fateretur, Filium non esse Patri Consubstantialem. Sunt, qui ipsum assensum præbuisse, alii verò, qui abnuisse, scribant. Utrumque Liberio cum legatis domum reditus est permissus. Episcopi verò qui Sirmii erant congregati Felici & clero Romano scripserunt, uti Liberium Romæ esse, & communi cum eo consensu Ecclesiam regere paterentur. Liberius Romam revertus, formulam protulit, qua eis communionem interdixit, qui Filium Patri consubstantialem abnuerent, quod sciebat, paulò ante Antiochiæ fuisse, qui dicerent, se Consubstantialem negasse, ut scribit Socrates. Felix à populo Alexandria pulsus, nihil minus quam sacerdotii jura modò in urbe, modò in alia civitate, x. per annos retinuit. Sigon. l. 6. Imp. occid.

Eduino Northumbroborum rege impio à Cadovallone Britannorum, & Penda Merciorum regibus cæso, divisio in duo Northumbriæ regno, Eufreus & Oflicus fratres, apud Scotos exulantes, & Christiani facti, Ethelfredi, qui ante Eduinum illic regnaverat, impii regis filii, ea Eugeni Scotorum regis intercessione obtinuerit. Reverti libindè Ethnicifimum, Christianos crudeliter persequebantur. Conspiratione igitur Cadovallonis & Pende vici sunt, profugatoque exercitu capti, atque in publicam conjeci custodiam: ubi paucis post diebus aperioris metu supplicii, mutuis vulneribus sese confecerunt. H. Boeth. l. 9.

In Hispaniis, sub Justiniani II. Imperio, Ditzia Rex Gothorum, ætate juvenili Christianam religionem unà cum Episcopo



A Episcopis suis diligenter promovit. verum posteaquam ex ephelis excessit, & togam vilem induit, animum mutavit, & Episcopos & Sacerdotes graviter afflixit. Sacras denique constitutiones, & omnem Ecclesie auctoritatem, quae ejus facinoribus adversabatur, sustulit. *Io. Magnus Gothicus hist. lib. 16. cap. 23.*

Apud Bulgaros Filius Trebellii Rex a patre designatus, abjecta religione Christiana, ad malorum demonum cultum rediit, patris sui pietatem aspernatus. *Sab. Em. 8. lib. 6.*

Haraldus Danorum tyrannus, a Regno Rege pulsus, Moguntiae Ludovici Imp. auxilium imploravit: eoque imperato, religionem Christianam suscepit, templa demonum sustulit. Superveniens autem Regnerus, vera religione proscripta, pristino adulterinam loco restituit. Haraldus iterum profugus, ut principum inchoatae religionis specimen, ita primum neglecta spectaculum fuit, atque ex splendido sanctitatis auctore, infamis ejusdem desertor evasit. *Saxo lib. 9.*

Boleslaus Crispus, Polonorum princeps, Borussia armis ad religionem Christi suscipiendam coegerat. Illi non multo post ad vomitum reversi, imperata omnia, excepta religione, facturos promiserunt. Boleslaus id serente, & pluris suam quam Christi majestatem faciente: tandem aperte rebellavit, & Polonos locorum iniquitate circumventos, memorabili strage ann. m. c. xlvii. affecerunt. *Crom. lib. 6.*

Apud Orientales Anglos, Reduall. Rex favens religionem Christianam, Cantii est baptizatus. Domum rediens, a conjugis & quibusdam seductoris persuasus, eam abiecit, & idololatriam cultum recepit, nec multo post obijt. *Bed. lib. 2. cap. 15.*

Cum Constantiae Judaei superstitionem suam abjurare cogentur, aut perire, ann. m. c. ccc. lxx. anno post Judaeus facti penitens, igne domi subiecto, se cum filiis suis exussit, ex alto clamans, Judaeum se moriturum. Quo incendio tota vicinia conflagavit. Anno m. c. ccc. lxx. Judaeus alius flexis genibus consulem rogavit, uti extremo afficeretur supplicio, quod suam religionem deseruisset. Qui cum nulla ratione ad saniores mentem redigi posset, vivus exussus est. *Stumpsius.*

Ivelinus quidam Armenus, vir bello strenuus, & ad quilibet tentanda prouus, abnegata religione Christiana, Turcis terram sanctam assilgentibus se adjunxit, nec parum Christianis molestus fuit, sub Balduino IV. rege Hierosolymorum. *Gulielmus Cirus lib. 21. cap. 21.*

Sub Ludov. II. rege Germaniae, filio Imper. Ludovici II. egressi de Corbeja monachi sanctitate insignes, peragratis multorum Vandalorum provinciis, pervenere ad Rugianos maritimos, ubi sedes fuit idololatriae, totaque illam insulam lucra fuit Christo: ubi etiam oratorum fundaverunt in honorem Salvatoris, & in memoriam Viti, Corbientis patroni. Postquam autem, motatis rebus, Rugiani a fide desecrunt, statim pulsus sacerdotibus religionem verterunt in superstitionem. Nam beatum Vitum martyrem pro Deo ceperunt venerari, creaturam antepontes Creatoris suanteviti appellarunt. Nec fuit postea barbaries ulla, quae Christianos magis exhorretet. Vito templum & simulacrum quadricipes dedicaverunt, primum illi deitatis tribuentes. De omnibus provinciis Vandalorum inde responda petebantur, & sacrificiorum annua libamina persolvebantur. Sed neque mercatoribus peregrinis fuit facultas sua distrahenda, aut alia

D comparandi, nisi prius sacrificium Vito de meribus persolvissent. Flaminem non minus quam regem venerabant. *Cranz. lib. 2. Vand. c. 25. ex Saxon. lib. 14.*

Selymo Aegyptium Sultanium evertente, anno m. d. xvii. Turcae complures tormentariae artis peritissimos, magnis in vitas praemiis, ex Italia atque Germania in castris habebant: ac multos imprimis ex illa Judaeorum colluvie, quae pietate Ferdinandi regis omnis expulsa Hispaniis, in contumeliam nostram toto postea Orienti hujusmodi rariores artes insolitas atque mortiferas importavit. His omnibus praepositus erat Jacobus de Regio Lepidi, horum operum egregius artifex, qui jam pridem Turcarum muneribus illectus, deserto Christi cultu, ad Mahometi sacra defecerat. Hac certe una ratione & Hismaleem Sophum Persarum regem, & Aladolum regem, & Aegyptium Sultanium, Selymus evertit. *Jovius.*

Troilus Pignatellus, anno m. d. xxvii. ad Solymanum Turcorum Imp. defecit, militie inter Murfatacas adscriptus, cujus ordinis equites de toto terrarum orbe lectissimi, quae velint numina, colere permittuntur, peculiaremque tantum

uni cuncti ad bellum Imperatori operam praestant. *Jovius E. lib. 36. Hist.*

Mediolanenses duo a Lusitanis ad Calecutientes defecerant, eosque constantiorum tormentorum artem vel inviti docuerant. Qui post impunitate promissa ad Lusitanos reversi, dum fugam parant, deprehensi, poenas morte crudelissima luerunt. *Oforius lib. 4. rerum Em.*

Anton. Fernandus faber lignarius, in reficiendis navibus Lusitanorum in India operam locans, ad Zabajum Goa principem defecit, & cum religione nomen mutavit, Abdella nominatus. *Oforius Ibid.*

Joan. Machiades Lusitanus, exul in India, habitu & specie Turcica militans regi Goenti, animo interim Christianus, in prodendis hostium consiliis praedaram operam Lusitanis praestitit. Cum autem absente Alphonso Albuquerque India praetore, & in regno Malacensi occupando intento, Lusitani in urbe Goa obfiderent, fame adducti lxx. Lusitani, ad hostes, abjurata Christi religione, transfugerunt. Inter quos homo quidam honesto loco natus Fernandus Lupus fuit. At Machiades, qui hostium agmen unum ducebat, ea indignitate commotus, eo tempore, quo Christiani in extremas angustias adducti videbantur, ut fidem suam factis ostenderet, voluit exuliere laboris & aeternae societatem intrare. Is duos filios ex muliere Saracena suscepit, & utrumque per se aquis lustralibus in Christi nomen expiarat. Hos ad se perducit justit, ut secum in urbem intrmitteret. Quod cum exequi minimi posset, facinus edidit valde miserandum. Maluit enim in sanguinem suum fovere, quam pueros infantes, sed a Mahometis pellicera imbuendos, in hostium potestate relinquere: itaque nocturnumque suffocavit. Manu vero casum filiorum acerbissimum deploravit, & suam calamitatem cum multis lacrymis lamentans est: dicebatque, filios animarum praestigis fuisse mirabiliter extingebat, sed in manu fingeret, se molestia levandae gratia velle per insulam vagari, cum Lusitanis aliquot captivis, & cum illis, qui Christi religionem excreta da perfidia violant, ad urbis muros accessit. Ibi orationem luculentam habuit, qua de vite brevitate, de sempiterno supplicio, de gloria immortalis differuit, & omnes adhortatus est, ut mallent in vita misera & caduca, laboribus brevissimo temporis spacio definitis torqueri, quam in futura supplicio sempiterno exerceant. Orationem ejus nemo ex illis, qui a religione defecerant, ad aures admisit. Ipse vero cum captivis in urbem ingressus est. Non multo post cum Albuquerque a subacta Malaca reversus, Benafitarum oppidum & arcepm Goae vicinam fame ad deitacionem compulsisset: caeteris cum omnibus bonis impunitate data, iis qui a religione defecerant, vitam quidem ex pacto concessit; sed ne quicquam auderet eorum scelus imitari, omnibus nares, & aures, & dexteras manus, & sinistrarum pollices abscindi praecipit. In his fuit Fernandus Lupus, qui postea a classe, quae in Lusitaniam navigabat, in insula S. Helenae derelictus, eam insulam admirabili facillitate & industria frugibus, & oleis, & arboribus ita convexit, ut cum eo ex India redeuntes Lusitani naves gratia aequationis appellunt, mirè reficiantur. *Oforius lib. 8. rerum Em.*

VOTO CERTO ASTRICAE. Ordinum sacrorum, Monachatus. Hic deus tantum proprie, qui Monachatus religionem exigunt.

In monasterio D. Andreae, quod Romae est, cum in die natalis Apostoli Andreae jam meridianis horis fratres quiescerent, subito quidam Frater apertis oculis caecatus cepit tremere, voces ingentes emittere, quibus vocibus testabatur, ferre se non posse quod patiebatur. Monachi manus levaverunt, atque ante altare S. Andreae Apostoli se proiecunt, ipsique pro eo in oratione prostrati sunt. Qui statim ad se reversus, quid passus fuerat, confessus est: quia senex quidam ei apparuit, & canem nigrum ad eum dilaniandum immissit, dicens: Quare fugere voluisti de monasterio? Cumque evadere de canis moribus nullo modo potuisset, venerunt quidam monachi, & eundem senem pro me rogaverunt. Qui statim canem justit abscedere, & ipse ad me reversus sum. *Greg. lib. 9. Epist. c. 38.* Alius quoque Monachus discedere de eodem monasterio latenter voluit. Cumque hoc mente tradidit, voluit oratorium ingredi: sed statim demonio traditus, vehementissime vexatus est. Relinquebatur vero a demonio, si extra oratorium steterit, & nihil patiebatur adversi. Cumque hoc scriptis ferret, culpam suam confessus est, quia egressi de monasterio cogitabat. Tunc colle-

A collecti pro eo fratres sese per triduum in precibus adstrinxerunt, atque ita curatus est, ut ad eum postmodum nunquam spiritus malignus accederet. Dicebat autem, se eundem beatum Apostolum, dum vexaretur, vidisse, seque ab eo increpatum esse, cur voluisset abscedere. *Idem.*

Alii duo fratres de eodem monasterio fugerunt, atque aliqua prius colloquendo fratribus signa dederunt, quod per viam Appiam descendentes Hierosolymam tenderent. Qui exeuntes diverterunt ab itinere: & ut a sequentibus inventi minime possent, reclusas cryptas juxta Flaminiam portam invenerunt, in eis sese occultaverunt. Cum vero vestimentis horis requisiti minime in congregatione inventi essent, ascensis caballis eos quidam fratres secuti sunt, per Metroni portam exeuntes, ut eos in Larinam vel Appiam viam sequerentur. Subito autem eis consilium ortum est, ut eos in Salariam viam sequerentur. Extra civitatem igitur pergentes, deflexerunt in Salariam. Eos vero minime inventos, per portam Flaminiam decreverunt reverti. Cumque reverterentur, mox ut equi ante cryptas illas venerunt, in quibus se absconderant, fixerunt gradum, pulsi & compulsi passum movere non poterunt. Consideraverunt monachi rem talem sine mysterio esse non posse. Attenderunt ad cryptas, viderunt eorum arduum missa maceria damnatos, sed caballus eorum nusquam euntibus descenderunt. Deposuerunt lapides, qui in ore cryptarum positi fuerant, ingressi sunt, eoque in iisdem tenebrosis latibulis confirmatos terre invenerunt. Qui ad monasterium rediit, ex eodem miraculo ita sunt meliorati, ut eis multum profuerit, ad parum temporis de monasterio fugisse. *Ibid.*

Monachus Caenobii Romani, qui a parentibus puer traditus fuerat Abbati, ubi adolevit, relicta religione, uxorem duxit. Angina autem laborans, in monasterium relatus, habitu ac penitentia suscepit, a S. Andrea & Gregorio, propter admirabilem cramina, sedē flagris castus est. Hinc lecto exiliens, scapulari & cilicium induit, & ad eum S. Andreae ingressus, dixit adstantibus: Ecce sanctorum verberibus ita purificatus est corpore egredior, quemadmodum olim de baptisimato mundus exivi; & inter missarum preces obijt. *Vinc. lib. 25. cap. 57.*

Hardimus quidam monasticae professionis desertor, post Cobitum Abbati, qui voto cum exierat, in somnis apparuit, de aeternis quas ferret poenis, conquerens. *Idem lib. 25. cap. 56.*

Gregor. Magn. lib. 2. Dial. c. 25. scribit de Monacho, qui invitatus detinebatur in monasterio, & ferio instabat, ut facultas discedendi sibi concederetur. Dimissus a Benedicto, in via obvium habuit draconem aperto ore eum invadentem & aggredientem: ac tremens & palpitans, cum auxilium monachorum in clamare, in monasterium est reductus.

Carolomannus, filius Caroli regis Francorum, a parente contra suam voluntatem clericorum ordini adscriptus, cum diaconus designatus esset, abiecit id vitae genus, & locis sibi adjunctis, conatus est regnum invadere. *Sigebert. anno dccc. lxxii. Regim. lib. 2.*

Simeon Bulgarorum dux, cupiditate regni adductus, monasticam deseruit, & ad politicam gubernationem rediit. *Luitprand. lib. 3. cap. 8.*

Alphonso IV. Legionis in Hispania rex, cum quinto anno post sumpta imperii insignia regno abjisset, & monasterio inclusus, fratris sui Ramiro II. regno cessisset: abjecto postea religio habitu, resumere regnum tentavit. Itaque a fratre captus, oculis eruit, in monasterium, unde exierat, reiectus fuit, ubi mortem obijt. *Fulg. lib. 1. cap. 2.*

Antonius Gobadeus est Monachus pro summo scelus miles factus, postmodum bello Neapolitano, anno m. ccc. lxxi. Mortam Russam, castellum munitionum, Alphonso Ferdinandi regis F. prodidit. *Jovian. Pontan. lib. 3. belli Neapol.*

QUOMODO INDUCTI, STULTITIA.

Multi discipulorum a Domino Jesu Christo defecerunt offensi eo, quod carnem suam ab illis manducari debere asseruerat. Soli xii. constantes permanserunt. *Joan. 6.*

Serapion monachus ad sectam Anthropomorphitarum iterum defecit. Conversus enim a Phorino, cum paulo post in gratiarum actionem exurrexisset, sensit inter precandum ex corde suo elabi atque evanescere eam quam oraturus Anthropomorphi imaginem sibi proponere consueverat. Confertus mente, prorupit in amarissimos stertus: insuper & humi procidens, maximo ejulatu hanc miserabilem vocem

edidit: Heu me miserum! tulerunt a me Deum meum, & quem nunc teneam, non habeo, vel quem adorem aut interpellent, jam nescio. *Cassianus cap. 2. Collationis 10.*

IRA, VINDICTAE CUPIDITATE.

Porphyrius Sophista, cum a Christianis quibusdam Caesareae Palaestinae vapulasset, atra bile percitus, & Christianissimum abjuravit, & eorum odio, qui plagis illum affecerant, contra sacras Scripturas blasphemias effundere cepit. *Niceph. lib. 10. cap. 36.*

Cartaginensis Tertullianus: cum antea singulari vite innocentia esset, ac per multa de Catholica religione ingenti doctrina atque eloquentia scripsisset, Romae contumelia affectus, majore indignationis, ad quam permotus erat, quam honoris propriaeque salutis habita ratione, ac pravum Montani Phrygii dogma secutus, adversus catholicam fidem scripsit. *Fulgens lib. 9. cap. 3. Vide Tit. Doctorem Ecclesiasticorum.*

Andronicus Palaeologus, major filius Michaelis, cum mortuum patrem a Calogeriis sacerdotibus & monachis ejus gentis vidisset sepultura prohibuit, quod Occidentalibus in Concilio Lugdunensi consensisset, rursus ad Graecicam sectam reversus est. *Cyprianus.*

Joan. Comnenus Imp. Alexii F. Neocaesarem cepisset, nisi contumax superbia & iracundia Joannis nepotis, ex fratre Isaacio Sebastocratore, illi obstitisset. Nam quum acie cum Persis decernendum esset, viso insigni equo Italico, Joannem fratris filium, quippe cui equos non deesse sciret, Arabico equo descendere, eumque Italo dare iussit. At is Imperatoris dicto refragatus est, Latinumque ad pugnam provocavit, iure accepturum equum, si vicisset. Sed cum Imperatori diutius resistere non posset, equum dat inivrus, alioque consensio, directam hastam in hostes tendit: ac paulo longius progressus, ea reflexa, & humeris imposta, gallicaque capiti detracta, ad Persas transfugit: a quibus cupidus susceptus, non multo post Christiana religione abjurata, Iconienis Persae filiam uxorem duxit. *Nicetas Choniates de Imperio Joannis Comneni.*

Udo Mustuof. Vandalorum princeps, ob crudelitatem erga Christianos a quodam Saxone transfuga per insidias confossus est. Godscalcus filius ejus, qui Luncburgi Scholasticus erudiebatur disciplinis, morte patris comperca, fidem abiecit cum literis: amneque transmissis, pervenit ad gentem Vvintonum, congregataque multitudine latronum, in ultionem patris omnem terram Nordalbingorum vastavit. Tandem a Bernardo Saxonum duce captus, & in vincula conjectus: ob fortitudinem dimissus, & honorifice donatus, ad regem Danorum Canutum profectus, variis bellorum exercitiis in Norvegia & Anglia inelaruit, ut tandem ad regii generis nuptias pervenerit. Ad Christianissimum denuo conversus, cum eundem magno studio inter suos propagare studeret, a Vandalorum principibus in urbe Leontio crudeliter caesus est. *Cranz. lib. 3. Vand.*

Assamini populi in Asia, cum pietatem Christianam & baptismum receperissent, miserunt Hierosolymam legatos ad Patriarcham, qui eos de fide exactius institueret. In reditu, cum legati essent spoliati & violati a Christiano quodam, in eam iram exarserunt, ut pietati & baptismi renuntiarent propter unius Christiani injuriam. *Vives de Veritate fidei Christianae lib. 4.*

Stephan. Chersechii reguli in Illyrico ad montem Nigrum H. F. quum adamata ei sponsa, quae erat de stirpe Serviae Depoti, ad paratas nuptias duceretur, concupivit eam illud, quod esset egregiae venustatis, prociaculo improbus pater, omnemque pudorem superante libidine, sibi statim impotentem excludo filio nuptias celebravit, frustra reclamantibus propinquis, qui id facinus filio contumeliosum, patrique & domui infame detestabantur. Juvenis precipitatus desperatione, ad proxima Turcarum praesidia, atque inde Byzantium profectus, injuria & Christi religione, Stephanique nomine deposito, Achromates, & Chericogis vocatus, Bajazetis gener effectus est, indeque locum summae dignitatis inter Bassas purpuratos promeruit: tanto tamen nostrae religionis studio, redeundique desiderio, ut quum in arcano animi nostra religio condeteret, crucifixi Salvatoris imaginem, in secretissima cubieuli parte armario inclusam, noctu exelusus arbitri adoraret. Hic Methone capta, patrios Venetos, quum reliqua captivorum multitudine crudeliter in modum Bajazetis iussu in ejus conspectu trucidaretur, exorato principe conservavit: Andream-



A dreamque postea Gritum, quem aliquot post annos incl...

AMBITIONE.

Martinus Lutherus. Quere heresis. Theophilus presbyter in Cilicia ab officio archidiaconatus...

Cum Guido Lusitanus, morte Balduini V. privigni sui ad regnum Hierosolymitanum pervenisset...

AMICITIA. GRATIA.

Jacobus Martyr, alicus Persa, in regis gratiam idolum adoravit...

METU. LIBIDINE.

Petrus, andax ille, qui Dominum vel in morte se fecurum...

Origenes sub Decio ad aram ductus, ut vel diis adoleret...

Marcellin. PP. Diocletiano & Maximiano persecutoribus...

Lyberius Episcop. Rom. Nicenae fidei acerrimus defensor...

Nec est quod inquirendis hujusce rei exemplis laboremus...

spiritu, quam Asmodeo, ad id incitari, pro comperto est. E...

Lepidum, quod nuper ab ore ejus qui interfuit, exceptimus...

Marcus Antonius de Dominis, nuper Archiepiscopus Spalatenis...

Israelita decem tribuum, cum rege Osea, a Salmanassar...

Ceterum sicut de inopinato M. Antonii discissa Ecclesia...

APOSTATARUM POENAE

ET SUPPLICIA A DEO

interrogata.

EX S. SCRIPTURA.

Salomoni regi, ed quod in gratiam suam mulierum peregrinos...

Joram Judaeorum rex, cum sex fratribus interfecisset, Judaeos...

Joram Judaeorum rex, cum sex fratribus interfecisset, Judaeos...

Ob idem scelus Ozochias, Samariae rex, de palatii fenestris...

Manasses Judaeorum rex propter idololatram captivus Babylonem...

Amon patri in regno succedens, homo scelestus, cum non...

Israelita decem tribuum, cum rege Osea, a Salmanassar...

Cum Joas Judaeorum rex, mortuo Jojada pontifice sanctissimo...

Joahazus Jehu F. Israelitarum rex, propter idololatram ab Hazaele...

Amasis Joas F. Judaeorum rex, cum Domino relicto Syrorum...

Josias regis sanctissimi degener F. Idachazus, cum idola coleret...

mulgata. A Pharaone rex factus Eliacim, & mutato nomine...

Simonis pontificis filii duo, defuncto Onia pontif. fratre, Jesus...

Menelaus Antiochi Epiphaniis auctoritate fratri eripuit sacerdotium...

EXEMPLA HISTORICA.

Nicomachus apud Troadem a proconsule sub Decio Imperatore...

Sub Juliano apostata Hero. Aegyptiorum Episcopus cum a pietate...

Juliani Imp. Theauratus, cum in gratiam Imp. a fide defecisset...

Eduno Northumbrotonum rege impio Cadovallone Britannorum...

Svenotto regis Danorum Haraldi filius, ad sacrum baptismum...

Svenotto regis Danorum Haraldi filius, ad sacrum baptismum...

Vandalis, patris sui receptoribus. Pugna navali vincunt Vandali...

Vandalis, patris sui receptoribus. Pugna navali vincunt Vandali...

Vandalis, patris sui receptoribus. Pugna navali vincunt Vandali...

Vandalis, patris sui receptoribus. Pugna navali vincunt Vandali...



A pore consilium mutati sunt. Quidam ex eis mane, cum Danice excubia jam se recepissent, incensa navicula, praetoriani regis navim adveniunt: vigilum regionum specie regis colloquium possunt, velut magnam rem allaturi. Rex arbitratus esse suos excubitores, autem admoturus, peccatore tenus sese inclinans, statim rapitur in scapham, & ore oculo, taeto remigio abducitur, priusquam arma quisquam expedit per tenebras. Ita tertio captus rex, Julinum perducitur: manifesta illum vindicta persequente, quod in parentem impius, & in Deum esset sacrilegus. Danorum femina locupletes, ipse de suis ornamentis aurum contulerunt pro illius redemptione. Ille redemptus, legem de successione foeminarum maribus exaquavit. Svecico inde bello victus, ad Norvagiam regem confugit, sed ab eo contemptus, sensit cum fortuna mutatos amicos. Angliae regem adit: sed speculator potius quam exul habitus, cum contumelia dimititur. A Scotiae rege per septennium hospitaliter habitus, ad se reversus, Christi religionem ex animo complexus, votum fecit, si unquam sibi reditus esset in patriam, ipsius propaganda. Nec multo post revocatus in patriam, fidelis permansit Christianus. *Crantz. lib. 2. Vand. cap. 34. ex Saxon. lib. 10.*

Moravi, qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi conversi, ipse recuperanda libertatis pristinam amant capiant: ac religione abjecta, Ungaros sibi adiungunt, & more eorum capita prorsus detondent: Christianos infelices captivitate, eade, fame, siti, cruciant, Ecclesiam incendunt, adeo ut in tota Pannonia una tantum superesset Ecclesia. *Theodorus Iwanensis, & Fuldo Frisingensis, & alii Bavariae Episcopi in epistola ad Joannem IX. Pont. max. in fine.*

Bulgavorum regis Trebelli Filii, qui patri (qui primus Christianum religionem amplexus fuerat) monasticum vitam genitro successerat, a fide deficiens, idola ac religionem ethnicam infaturare cepit. Pater ex monasterio egressus, copias congregavit, filium impium cepit, oculisque orbatum, in carcerem conjecit, anno Domini 865. *Sigeb. Zonaras tom. 3. Reg. lib. 2.*

Julianus Imp. ut scribit *Greg. Nazianz.* ex abdicatione Christiani cultus imperium auspicatus est, cum scilicet sanctum Baptismum, quod ante viginti annos religione Christiana initiatus susceperat, abstergere a se & abolere penitus conatus est. Haec autem narantur his verbis: Vix enim imperii haereditatem adire acceperat, cum impietatem palam liberique profiteretur, perinde atque hoc nomine erubescens, quod Christianus aliquando fuisset, ac ea de causa Christianis succensus, quibus nominis societate junctus fuerat. Atque hinc quidem facinora sua auspicatur, quemadmodum narant, qui ipsius arcanis gloriautur. Proh superi, in quos sermones incurrere cogor! Impuro & nefario sanguine lavatum extergit, initiationi nostrae execrabilem initiationem opponens, sus videlicet in ceno provoluta (ut est in proverbio) manusque suas profanat, ut nimirum eas ab incruento illo sacrificio, per quod nos Christo ipsiusque passionibus & divinitati communicamus, elueret ac expurgaret. Haec Gregorius de Apostasia illius solemniter facta, cum sanguine victimarum putavit deleri potuisse signaculum, quod sacrum baptismum imprefferat, eodem manus illas abluere, quibus sacram Eucharistiam, ori eam admoturus, acceperat; moris enim fuisse in Ecclesia olim, ut communicantes manus fumerent a sacerdote oblatam Eucharistiam, eamque ori suo admoverent, ex historiis manifestum est. Hic autem in bello contra Persas gesto occisus fuit, & communi etiam caruit sepultura, eodem *Gregor. reffe in laudibus Athanasii. Greg. Nazianzenus oratione 1. in Iulianum, Prudent. perisseph. hymno 10. Baronius tom. 4. ann. 361.*

Fuit quidam Thesalonicae Archiep. Thallaelus nomine. Hic neque Deum timens, neque paratam retributionem expavescens, conculcavit Christianum dogma, ac sacerdotalem honorem & dignitatem spernens, invenus est pro pastore lupus: abnegans quippe sanctam & substantialem Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, idola infelix adorabat. Quem il, qui tunc Ecclesiam praeferat, communi decreto damnarunt, ac de sede sua deturbarunt. Paucos post tempore nequam ille omni scelere, & impietate plenus, voluit ad sacerdotalem dignitatem remeare. Quia ergo juxta sapientissimum Salomonem, omnia obediunt auro, revocatus est in regionem suam: erat enim Constantinopoli. Sed omnipotens Deus Ecclesiam suam non desepit: Cum enim quadam die ille processurus esset cum superbo ornatu, ut ad Imperatorem pergeret, sacerdotumque decretis illorum iterum remearet, pupugit

illum ventus, ut pergeret ad necessaria natura: cum vero Esecrerum locum ingressus esset exonerandi ventris causa, manseritque intus duas jam aut tres horas, neque revertetur ad suos, ingressi sunt quidam ex his, qui illi assistebant, ut jam illum debere ingredi monerent; inveneruntque infelicem illum capite dorsum, ubi egerebantur stercore, demersum, pedibusque sursum erectis. Erigentes autem invenerunt extinctum horribili & aeterna morte. *Sophronius in Proto cap. 34.*

Heronem illum Thebis Aegyptiis ortum, qui Episcopus creatus, casu quodam ad Graecam superstitionem defecerat, subito putrida invasa agritudine, quae totum illum corpus de pasta, abominationem eum omnibus reddidit. Quapropter rebus omnibus desperatis, in viam est projectus, nullam prorsus a quopiam misericordiam consequens. Christiani namque perinde atque piculum omnibus modis eum sunt averfati: Graeci autem haec tenent tantum eum, quod se errori & fraudi eorum subiecisset, agnovissent: & Heron quidem acerbissime & miserissime ista via excessit. *Niceph. lib. 10. hist. Eccl. cap. 20.*

Quae de Luciano Samosateno a Svida literis commodata sunt, simul atterere opportunum est: sic enim ait. Luciano Samosateno cognomento, blasphemus five maledicus, atque inauspicatus, ac potius impius, quod in Dialogis divina oracula pro ridiculis inducit, fertur sub Trajano & ante eum fuisse. Initio concionator Antiochia fuit, Quae res cum male cessisset, se ad scribendum contulit, scriptique infinita. Interjisse fertur a canibus, cum rabiem suam contra veritatem exercuisset. Nam in peregrini veste perstringit Christianissimum, & ipsi Christo maledicere homo sceleratus. Itaque furoris il, & in hac vita iustas penas dedit, & in futura aeterni ignis cum fatana haereditatem cemet. Haec Svidas. Quod vero ait, Antiochia fuisse concionatorem, inde complures existimant fuisse religionem Christianam, sed a sede apostatam, in eandem esse fuisse grassatum. Sanè ex ejus scriptis dignoscitur res Christianas apprimè calluisse. *Ex Svid. Baron. tom. 2. Annal. ann. Christi 171.*

S. Cypr. ser. 5. de lapsis: Ecce, ait, eorum, qui negaverunt (a pietate praevariicati fuerunt) quae supplicia concipimus: quos eorum tristes exitus flemus? Nec hic esse sine poena possunt, quamvis necdum dies venerit poenae. Plebuntur interrim quidam, quo ceteri corrigantur: exempla vult omnium tormenta paucorum. Unus ex his qui sponte Capitolinum negaturus ascendit postquam Christum negavit, obmuit. Poena inde cepit, unde cepit & crimen, ut nec rogare jam posset, qui verba ad precandum misericordiam non haberet.

Alia in balneis constituta (hoc enim criminis ejus & malis decaet, ut ad balnea statim pergeret, quo lavacri vitalis gratiam perdidisset) illic ab immundo spiritu immunda correpta cecidit: laniavit dentibus linguam, qua fuerat vel pasta impie, vel loquuta: postquam sceleratus cibus sumptus est, in perniciem suam rabies oris armata est: ipsa sui carnis extitit, nec diu superesse postmodum potuit, doloribus ventris & viscero cruciata defecit. Praesente ac teste meipso accipite quid eveniret. Parentes forte fugientes, dum trepidi minus sibi consulunt, sub nutrice alimento parvulam filiam reliquerunt, relictam nutrix detulit ad magistratum. Illi ei apud idolum, quo populus confuebat, quod carmen necdum posset edere per etatem, panem mero mixtum, quod tamen & ipsum de immolatione perentium superaret, tradiderunt. Recepit postmodum filiam mater. Sed facinus puella commissum tam loqui & indicare non potuit, quam nec intelligere prius potuit, nec arceri: ignoratione itaque obreptum est, ut sacrificantibus nobis eam secum mater inferret. Sed tum puella mixta cum sanctis, precis nostrae & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis aestu cepit fluctuabunda jactari, & velut tortore cogente, quibus poterat indicis, conscientiam facti in simplicibus adhuc annis rudis animi fatebatur. Ubi vero solemnibus adimpletis calicem diaconus offerre presentibus cepit, & accipientibus ceteris locus ejus advenit, faciem suam parvula intinctu divinae voluntatis avertere, os labiis obduratis premere, calicem recusare. Praestitit tamen diaconus, & reluctanti licet de Sacramento calicis infunderet. Tunc sequitur singultus & vomitus: corpore atque ore violata (al. violato) Eucharistia permanere non potuit; sacrificatus in Domini sanguine potus de pollutis visceribus erupit. Tanta est potestas Domini, tanta majestas; secreta tenebrarum sub luce

A luce detecta sunt, sacerdotem Deinet oculita crimina sefelerunt hos circa infantem, quae ad loquendum alienum circa se crimen necdum habuit aratam. Ad vero ea quae etate probe & in annis adultioribus constituta, sacrificantibus nobis obrepit, non cibum, sed gladium sibi sumens, velut quaedam venena lethalia, inter fauces & pectus sanguine admittens, angli, & anima aestuante concludi postmodum cepit, & pressuram non jam persecutionis, sed delicti sui passa, palpitans & tremens concidit. Impunitum diu non fuit nec occultum dissimularum conscientiae crimen: quae sefellerat hominem, Deum sensit ultorem. Et cum quaedam arcam suam, in qua Domini Sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire: igne inde surgente deterrita est, ne audeat attingere. Et alius, qui & ipse maculatus sacrificio a Deo celebrato, partem cum ceteris ausus est latenter accipere Sanctum Domini edere, & contractare non potuit, cinerem fetre se, aperitis manibus invenit. Documento unius ostensum est, Dominum recedere, cum negatur, nec immentibus ad falsum prodesse quod sumitur, quando gratia salutaris in cinerem, sanctitate fugiente, mutetur. Quamvis quotidie poenitentiam non agentes, nec delicti sui conscientiam confitentes, immundis spiritibus adimplentur? Quamvis multi usque ad insaniam mentis ex cordes demeritis furore quatuntur? Nec necesse est ire per exitus singulorum, cum per orbis multiformes ruinas tam delictorum poenam, quam per orbis multiformes ruinas tam delictorum poenam sit varia, quam delinquentium multitudine numerosa. Unusquisque consideret, non quid alius passus sit, sed quid pati & ipse mereatur. Nec evasit se credat, si eum interim poena distulerit, cum timere plus debeat, quam sibi Dei iudicis censura servavit, &c. Haeuque *S. Cypr.*

Marcellinus scribit de Potamone, quod cum a fide Catholica defecisset, & praedio ob egregiam impietatem a Fisco donatus esset, dum ad ipsum praedium invadendum ire festinat, divinam mox ultionem in via, obitu repentino praeventur, exceperit, Anno Christi 359. Addit de Florentio Episcopo, quod quia cum Arianis communicasset (licet minime subscripsisset concilio ipsorum) cum in conventu plebis sederet in throno suo, repente divina virtute in terram elisus fuit, ac palpitans foras lubatus; ac cum vires iterum resumpsisset, in thronum regressus, eadem quoque passus sit, & rursus foras ductus, ac tertio denique idipsum obstinate perterritans, tertio elisus, ora distortens miserè animam exhalavit.

Elpidium, ex Christiano factum desertorem, tempore Juliani apostatae, Anno Christi 362, infelicissime diem exitum clausisset, auctor est Nicephorus *lib. 10. cap. 29.* dum ait eum bonis omnibus exutum, graveque artum alias in carcere perpeffum, ut piper vitam finisisset, execrandum & detestandum ab omnibus iudicatum.

Alius ante, Theocenus scilicet quidam, & ipse a nostra in Graecam religionem prolapsus, carne ejus omni putrida carie consumpta, vermium materia factus est, & oculis illorum moribus amissis, moriens per insaniam, quae eum corripuit, sua sibi dentibus concissa & devorata lingua, è gravibus tormentis ad longè deteriores majoreque cruciatus migravit. Sed & alii insuper talia quoque ausi, digna sceleribus suis tulere supplicia. Ejusmodi multi eo tempore divinum Numen exhibuit miracula, commertias, istaque ab eis, qui impudenter & aperte veram pietatem oppugnarunt, penas exigens. *Haec Niceph.*

Vide in loco de Religione, ut est status hominis ad perfectionem Evangelicam tendentis, Tit. Particularem, de penis eorum qui ab eo apostatarunt.

Apostolus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Nomen Apostolus Graecum est, & generaliter idem quod Missus, vel legatus. Hinc & in forensi palatris pro literis dimissis usurpatur, & deducitur ab *Socrate*, quod est remitto; unde *T. Livius*, Apostolos fregit in Senatu: vocantur autem ejusmodi literae Apostoli, quod acta cause a primo iudice ad secundum dimittantur, ut de causa instrui possit. *Sic Modestus de verb. significat.*

Deinde Apostoli nomen extenditur ad omnes verbi divini Ministros. Ac communis usus vocis istius est, ut accipiat tantum pro primis illis Evangelii legatis, quos misit Christus ad praedicandum omni creaturae, & testificandum quod ipse esset iudex vivorum & mortuorum, testisque est

L. B. Theae. vit. Human. Tom. I.

sent resurrectionis ipsius, *Matth. 28. Marc. 16. Act. cap. 1. E. & 10.*

QUI, QUOT NUMERO? ET UNDE?

Christus, postquam in oratione pernoctasset, & dies factus esset, vocavit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit: Simonem quem cognominavit Petrum, & Andream fratrem ejus, Jacobum & Joannem, Philippum & Bartholomaeum, Mattheum & Thomam, Jacobum Alphaei & Simonem, qui vocatur Zelotes, & Judam Jacobi, & Judam Iscariotes, qui fuit proditor. In cujus locum & ministerium successit Mathias. *Luce cap. 6. Act. cap. 1.*

FIGURAE, ET TYPI.

Plures duodenarii hujus numeri causas, & Apostolorum 12. figuras praecessisse, varii Auctores tradunt. Si quidem duodecim fuere Patriarchae, qui religionem in populo Judaico propagarunt, ita ut testamentum utrumque hoc quasi do-decaethylo, ut *Trenius* loquitur *lib. 4. cap. 38.* id est 12. columnarum numero, quos etiam B. Joannes per 24. Seniores videtur intellexisse, ut exponit eo loco Beda, fundatum sit.

Ludunt autem citati Auctores, primum in 12. fontibus E-lim. *Exodi cap. 15.*

2. In 12. lapidibus a Josue in Jordane electis. *Josue c. 4.*
3. In 12. lapidibus Rationalis. *Exod. cap. 28.*
4. 12. Lapidibus, è quibus construebatur altare. *Josue 4.*
5. 12. Lapidibus in fundamenta supernae Jerusalem conjec-tis. *Apoc. 17. 21.*
6. 12. Portis ejusdem civitatis. *Ibid. cap. end. vers. 12.*
7. In 12. Virgis repositis in tabernaculo. *Nam. cap. 17.*
8. In 12. Exploratoribus Terre promissionis. *Nam. cap. 13.*
9. In 12. Bobus sustentibus mare aeneum. *3. Reg. 7.*
10. 12. Vitulis ad sacrificium, aliique animalibus eodem numero. *Exod. 24. Num. 7.*
11. 12. Judicibus, qui mortuo Josue judicaverunt populum. *In lib. Iudicum.*
12. 12. Acetabulis. *Num. 7.*
13. 12. Panibus propositionis. *Levit. 24.*
14. 12. Viris a Josue electis ad portandum Arcam. *Josue 4.*
15. 12. Adolescentibus offerentibus hostias pacificas. *Num. 7.*

16. Ducibus duodecim, qui in dedicatione templi Salomonis munera obtulerunt. *3. Reg. 18.*

17. 12. Tintinnabulis in veste Pontificis. *Exod. 28.*

18. In 12. fructibus qui per menses singulos 12. gignuntur. *Apoc. 22.*

19. 12. Cophinis fragmentorum, qui super fuerunt. *Matth. cap. 14.*

20. Stellis 12. in Corona sponse. *Apoc. 12.*

21. Coelis 12. tot enim peritiores Mathematici demon-strant.

22. In signis 12. Zodiaci. 3. mensibus 12. annis. 24. totidem horis diei. Quae omnia accommodato pioque sensu possunt de illis explicari. Atque id praestiterunt *Hieronymus in cap. 12. Matth. Iustinus in Thryp. Tertullian. lib. 4. cont. Marcionem: Augustinus in Psal. 59. Ambrosius serm. 24. & alii plures.*

De 12. Apostolis antiquum existat Epigramma *Honorii Romani Episcopi*, quod è manuscripto hic adiciam: agit au-tem de Christi ad caelos ascensu.

Luce videt Christum, quem Petrus nocte negavit,  
Et cecinit Dominum pergere ad astra suam.  
Territus Andreas orat: Misere magister:  
In regnum Patris collige discipulum.  
Jacobus expavit hominem per nubila ferri:  
Supponit scapulas; dat pia vota Deo.  
Haeret ab aspectu tremulus per membra Ioannes;  
Et turbatus adhuc sic stetit, su placat.  
Quem sequitur te Christe, vocat sine voce Philippus;  
Nim propectus ego liber & implicitus?  
Bartholomae pedes Christi pendere tremisicis:  
Et vis, si capias, tendere posse manus.  
Thomas ex toto non dnm fatiatus amore,  
Se palpate pueri vulnera, membra, lacus:  
Matthaeus mure similis per scripta locutus:  
Nam timor invasit, nota aecere senem.  
Jacobus Alphaei pallet sine morte sepultus,  
Dans comites oculos, reddere quod potuit.  
Hic stupet aeternus Simon, migrasse Tonantem,  
Et fugit affectans fulgura velle pati

Hh  
Matthias